



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Alitis interdum subito mentita volantis  
Fit species; habitusq; iterum confingit honestos.  
Rursum etiā apprens formoso in corpore virgo.  
Illicit ardentes obscoena in gaudia visus:  
Sæpe etiam cupidis argētum immane coruscat;  
Accenditq; animos auri fallentis amore,  
Delusos fugiens vano phantasmate tactus.  
Nulli certa fides constat, vel gratia forme:  
Sed quo quemq; modo capiat teneat' ue nocēdo  
Opportuna dolis, clausæq; accōmoda fraudi  
Sumitur exterior simulata mente figura.  
Maior adhuc etiā sæuo permissa potestas,  
Tersanctū ut vincat, dudū collata creato.  
Sic natura valet, rectā quā condidit auctor:  
Sed post ad prauos subuersor transtulit usus.

## C A P V T

## III.

**V**Idit ut iste nouos homines in sede quieta  
Ducere fœlicem nullo discrimine vitā,  
Et lege accepta domino famularier orbis,  
Subiectisq; frui placida inter gaudia rebus:  
Cōmouit subitū zeli scintilla vaporem;  
Excreuitq; calens in sœua incendia liuor.  
Vicinum tunc forte fuit quū decidit alto  
c z Tempus,

*Diaboli iniuria.*

Tempus, & innexam traxit per prona cateruam:  
Hoc recolēs, casumq; premens in corde recentē,  
Plus doluit periisse sibi, quod possidet alter.  
Tunc mixtus cū felle pudor sic pectore questus  
Explicat, & tali suspiria voce relaxat,  
Proh dolor, hoc nobis subitū cōsurgere plasma,  
Inuisumq; genus nostra creuisse ruina:  
Me celsum virtus habuit, nunc ecce neglectus  
Pellor, & angelico limus succedit honori  
Cœlum terra tenet, vili cōpage leuata  
Regnat humus: nobiscq; perit translata potestas.  
Nec tamen in totum perijt, pars magna retentat  
Vim propriam: summaq; cluit virtute nocendi.  
Nil differre iuuat: iam nunc certamine blando  
Congrediar, dum prima salus, experta nec ullos  
Simplicitas ignaua dolos ad tela pauebit.  
Nam melius soli capientur fraude, priusquam  
Fœcūdam mittant æterna in secula prolem.  
Nil immortale è terra prodire sinendum est.  
Fons generis pereat, capit is defectio membris  
Semen mortis erit: pariat discrimina lœti  
Vitæ principium: cuncti feriantur in uno:  
Non faciet viuum radix occisa cacumen.

Hæc

Hæc mihi deiecto tantum solatia restant;  
 Si nequeo clausos iterū descendere cœlos,  
 His quoque claudetur; leuius cecidisse putandum est  
 Si noua perdatur simili substantia casu.  
 Sit comes excidij, subeat consortia pœnæ:  
 Et quos præuideo nobiscum diuidat ignes.  
 Sed ne difficilis fallendi causa putetur  
 Hæc monstrâda via est, dudum quā sepe cucurri.  
 In primum lapsus: quæ me iactantiâ cœlo  
 Expulit, hæc hominem paradisi è limine pellat.  
 Sic ait, & gemitus vocem clausere dolentis

## C A P V T      I I I I .

**F**Orte fuit cunctis animalibus altior astu,      *Genes. 3.*  
 Aemulus arguto callet qui pectore serpens:  
 Huius transgressor de cunctis sumere formam  
 Eligit, aérium statim sibi corpus adaptans:  
 Increpentinum mutatus tenditur anguem.  
 Fit longa ceruice draco, splendentia colla  
 Depingit maculis, tererisque volumina dorsi  
 Asperat, & squamis per terga rigentibus armat.  
 Qualis vere nouo primis quium mensibus ætas  
 Præmittit lætos post frigora pigra temores  
 Euadit veterem renouatis motibus annum.

c 3 Sicca